

I. DRUSII
RESPONSIO

A D

QVAESTIONES

Anonymi Theologi

è Germania.

*Tangi debet Libello de nomine
ELOHIM.*



FRANKERAE,
Apud AEGIDIUM RADAEVUM,
ORDINUM FRISIA TYPOGRAPH.
CIVI CIVI CIVI

I. DRUSIUS ³
Francisco Gomaro V. Cl. S.

A Dolescens quidam Friesius his diebus
attulit mihi e Germania basce que-
stiones, ad quas a me responderi voluit. Ca-
terum nomen autoris, quem magni nominis
Theologum esse dicebat, edere noluit. Un-
de illum appello Theologum anonymum.
Quisquis est (nam mea id scire parum re-
fert) habet ecce a me responsum, si modo
hac ad ipsius manum unquam pervenient:
~~quod est utrum modo quod datur quoniam
inclusum est in libro de patribus et filiis. Et
ad placitum de patre Theologum, proposito,
facilius potest esse in primis ad ipsius quoniam
se datur in libro de patribus (atque in libro de apot-
olis) istud quod est utrum modo quoniam excep-
tum non habeat officium, atque in conser-
vacione sicut per se inveniatur. Et
nihil, sed et quod est utrum modo quoniam
se datur. et hoc quod est utrum modo quoniam
se datur.~~

Q V A E S T I O N E S
de nomine Elohim.

STATU S controversiae de nomine Elohim in epistola ad Iacobum Montanum proponitur his verbis: *de nomine Elohim quod scribis, sciendum non omnes idem sentire. Quodam co Trinitatem innui afferunt, alii negant. Ego us accedo, salvo tamen aliorum iudicio, qui negant. Hæc tu ibi. Ego autem bona venia, clarissime Drusi, scire velim, an illi qui Trinitatem nomine Elohim innui volunt, de quibus hoc loco tibi sermo est, afferant id fieri semper, quotiescilibet nomen Elohim de vero Deo accipitur: an vero interdum? Si sunt qui dicunt id fieri semper illorum ego sententiam, à te edocitus, non probbo. Exemplis enim tu clare contrarium monstrasti. Si vero sentiunt illi id fieri interdum: hanc sententiam, donec sententiae tuae veritas mihi magis illuceat, quin approbem non video. Habentur enim loca Scripturæ non solum quædam, in quibus*